Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Philippi Melanchthonis Grammatica Latina

Melanchthon, Philipp

Wittebergae, 1621

Caput XXVIII. De deminutivis

urn:nbn:de:bsz:31-112308

Visual Library

† *Qvomodo exponuntur Poſſeſſiva?*

Per Genitivum Primitivi ſui, pro qvo eleganter uſurpantur, *ut, Evandrius enſis, i. e. Evandri: Officium paternum, i. e. patris: Aër Vernus, i. e. Veris, qvalis vere eſſe ſolet: Cycnea cantio, i, e. Cycni: Herilis filius, i. e. Heri, &c.*

Terminationes vide in Hypomnematibus.

CAPUT XXVII.

DE GENTILIBUS.

† *Qvid ſunt Gentilia?*

Gentilia ſunt, qvæ gentem vel patriam ſignificant, aut à gente vel patria nomen habent. *ut, Græcia, Græcus: Corinthus, Corinthiacus: Germania, Germanus; Lipſia, Witeberga, Dresda; Lipſienſis, VVitebergenſis, Dresdenſis.*

† *Qvotupliciter ſignificant Gentilia?*

Dupliciter: Subſtantivè, *ut, Græcus*, ein Grieche / *Germanus*, ein Deutſcher / *Cordubenſis*, einer von Corduba in Spanien. Et Adjectivè. *ut. Græcus*, Griechiſch; *Germanus*, Deutſch; *Cordubenſis vel Cordubanus*, Cordubaniſch.

Terminationes vide in Hypomnematibus.

CAPUT XXVIII.

DE DEMINUTIVIS.

† *Qvid ſunt Deminutiva?*

Deminutiva [1] ſunt, qvæ deminutionem I.

Primitivi ſui extra comparationem ſignificant. *ut, Libellus, i. e. parvus liber* : *Lapillus, i.e. parvus lapis* ; *Filiolus, parvus Filius.*

△ *Qvis eſt uſus Deminutivorum?*

Uſus Deminutivorum eſt qvintuplex: I. In ſignificando rei parvitatem. *ut, Lapillus, parvus Lapis* : *Urceolus, parvus urceus* : *Surda-*
2. *ſter, nonnihil ſurdus.* II. In blandiendo.[2] *ut, Meum Corculum* : *Sic Glycerium, à Glycera* ; *Erotium, ab Eros.* III. In teſtificando amo-
3. rem[3] rei, eamq; commendando. *ut, Urceolus pulchellus*, Ein hübſch Krüglein. *Annulus Aureolus*, ein ſchön gülden Ringlein. IV. Feſtivitatis cauſa. *ut, Juven. ſat. 4. Unde fit ut malim Fraterculus eſſe Gigantum.* V. Contemptus & extenuandi cauſa. *ut, Paraſitaſter.* Sic hodiè dicitur vulgò *Poëtaſter. Inanes Sophiſticatiunculæ.*

Terminationes vide in Hypomnemaſi.

□ *Qvid de Deminutivis notandum?*

I. In Deminutivis formandis videndum qvid uſus probet. Non enim ſtatim, qvod regulariter fit, etiam in uſu eſt. *ut, Aſinus, Aſellus*, rectè: non autem *Dominus, Domellus.*

II. Ab uno Primitivo poſſunt mediatè plura deſcendere Deminutiva. *ut, Canis, Canicula, Catellus, Catellulus* : *Acus, Aculeus, Acuncula, Acicula.* Sic ab antiqvo *Puerus*, eſt *Puerulus, Puellus, Puellulus.*

III. Qvædam à Caſu Recto fiunt. *ut, à Cor, Corculum* : *à Mus, Muſculus* ; *à Pauper,* Pau-

Pauperculus ; *à Mulier* , *Muliercula*. Qvædam ab Obliqvis. *ut*, *à Codex*,*Codicis*, *Codicillus*; *à Teges*, *Tegetis*, *Tegeticula*. Rurſus qvædam fiunt ab integris. *ut*, *Cor* , *Corculum* , *&c.* Qvædam à Corruptis.[4] *ut*, *Palus*,*Paxillus* : *Aſinus*, *Aſellus*.

IV. Qvaſi Deminutiva ſunt, *Ariolus*, *Avunculus* , *Ridiculus* , *Anniculus* , *Cuniculus* , *Edentulus*,*Metellus*,*Capillus*,*Fritillus* : *Novacula*, *Nitedula*, *Mentula*, *Fiſtula*, *Argilla* : *Umbraculum*,*Crepuſculum*,*Diluculum*, *Cubiculum*, *Amiculum*,*Fœniculum*,*Macellum* , *&c.*

V. Qvædam Deminutiva à Primitivis ſignificatione nonnihil recedunt. *ut :*

Osculum, Kuß/ - *ab Os oris*, Mundt.
Vexillum, Fahne/ *à Velum*, Segel/Decke.
Fabula, Mährlin/ *à Fama*, Gerücht.
Tegula, Dachziegel/ Dachſchindel / *à Tectum*, (Dach.
Verticillus, Wirbel/ *à Vertex*, Scheitel.
Specillum, Brille/ *& Inſtrumentum Chirurgicum*. *à Speculum*.Spiegel.
Angvilla,Ael/ *ab Angvis* Schlange.
Carbunculus,*ſpecies ulceris*,*à Carbo*, Kole.
Regulus, Zaunkönig } *à Rex*, König.
Regula, Richtſchnur/ }
Aculeus , Stachel/ *ab Acus*, Nadel.
Rapunculus, Rapunzel/ *à Rapum* , Rübe.
Scopulus, Felß im Meer/ *à Scopus*, Ziel,*&c.*

CAP.